in confirmationem et perhennem eorum stabilitatem presentem eis dedimus paginam, sigilli nostri munimine communitam. Acta sunt hec anno domini m. cc. xxx., ...[a]) Testes sunt: Venerabilis dominus Engelhardus Nuenburgensis episcopus. Dominus Theodericus maior prepositus. Magister Petrus. Heinricus de Wlugelsberc. Heinricus de Strazberc canonicus Nuenburgensis. Dominus Heidenricus maior prepositus. Magister Alexander canonicus Misnensis. Witego abbas de Burgelino. Theodericus prepositus de Isenberc. Vlricus de Vrideberch. Vlricus et Iohannes fratres de Pac. Henricus, Volradus et Tuto fratres de Chorun. Otto de Ileburch. Wernerus de Ertmarsdorf. Ortolfus et Otto fratres de Isenberc. Bertoldus de Malenz. Gunterus de Isenberc et alii quam plures.

(SD.)

431.

Grimma, 1230 [September].

Hdschr.: Or. Perg. Ernest. Gesammtarchiv Weimar. Reg. Oo. pag. 734 No. 48[a].
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 10,1.
Anm.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. S. 31 und 49.

Markgraf Heinrich bezeugt seine Verzichtleistung auf jeden Anspruch an das Allod zu Prittitz, das Ritter Otto von Lichtenhain zur Zeit der Verlegung des Nonnenklosters von Hohenlohe nach Leipzig zugleich mit 50 Mark Silber den Klosterjungfrauen überwiesen. Vergl. No. 454.

432.

Landgraf Heinrich befreit die Höfe des Klosters Arnsburg zu Marburg und Grunenberg.

1230 Nov.

Gedr.: Baur, Urkundenb. des Kl. Arnsburg 9 (nach alter Kopie).

Hennricus dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus omnibus, qui presentem paginam inspexerint, salutem. Universitati nostre duximus insinuandum, quod nos ecclesiam in Arnsburg eo favoris ac dilectionis amplectimur affectu, quod unam domum in Marburg et unam in Gruneberg et in unaquaque civitatum nostrarum, ubi propria habent hospitia, iurali libertatis constituimus privilegio, quod semper in posterum a qualibet angaria sive exactione servitutis, qua per villicos nostros sive cives possent pregravari, erunt exempta prorsus et illesa. Datum anno domini m. cc. xxx., mense novembri.

430. *a) Absichtlich Raum gelassen von ¼ Zeile für die Indiction.*